



# Disputatio juridica de emphyteusi

<https://hdl.handle.net/1874/341616>

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
EMPHYTEVSI.

*Q U A M*

Favente Deo Opt. Max.

SUB PRÆSIDIO

[CLARISSIMI VIRI,

D. HENRICI MORELSE, In Illustri Aca-  
demia Ultrajectina Juris Antecessoris.

*Publice defendere studet,*

JACOBUS vanden HELM, Ultrajectinus.

*Ad diem 7. Aprilis, hora secunda pomeridiana.*



JACOBUS vanden HELM,

VLTRAECTI,  
Ex Officina JOANNIS à WAESBERGE,  
Anno c I c I c LIL

*Magnificis, Ampliss. Graviß. Consul-  
sultissimisque Viris,*

D. D. PETRO van LEEUWEN, J. U. D.  
hujus Reipubl. Ultraject. Consuli, Cognato ve-  
nerando.

D. D. THEODORO de LEEUW, Curiæ  
Provincialis Ultraject. quondam Senatori, ac nunc  
hujus Urbis Senatori & Scabino, Cognato colen-  
do.

D. D. GEORGIO van NYEVELT, J.U.D.  
& Advocato, Cognato reverendo.

D. D. HENRICO MOREELSE, J. U. D.  
Curiæ Provincialis Ultraject. Senatori, & ibidem  
in Illustri Academ. Jurid. facultatis Antecessori, Præ-  
ceptorii ac Præsidii honorando.

D. D. GEORGIO LAMSWEERDE,  
J. U. D. & Advocato, Amico integerrimo.

*In signum observantiae hoc Exercitium  
Iuridicum*

Dedico & Offero

JACOBUS vanden HELM,

*Auct. & Rep.*

D I S P U T A T I O J U R I D I C A

D E

E M P H Y T E U S I.

T H E S I S I.



Mphyteusis est contractus consensu con-  
stans, quo dominus usum, & fructum, &  
quasi dominium prædii sui concedit, alteri  
in perpetuum, vel ad certum tempus sub  
onere culturae & vegetalis anni, §. adeo  
Inst. de loc. & cond. l. 1. ff. si ag. vest. vel  
Emph. pet. l. 1. & seqq. Cod. de jur. Emph.

II.

Consensu constare diximus neque scripturam desidera-  
mus, & juri gentium contractum hunc adscribimus l. 2. ff.  
de O. & A. VVesemb. in par. ff. si ag. vest. pet. Giph. ad l. 2. C.  
de jur. Emphyt. Corass. 1. Miscell. c. 21. per prædium autem  
non tantum fundum sed & ædes intelligimus l. 15. §. si de ve-  
getall. D. de damn. insect. auth. si quas ruin. C. de SS. Eccles. Nov.  
120. cap. 1. & Cujac. in Nov. 7.

III.

Contrahitur Emphyteusis vel simpliciter, vel certæ fami-  
liae, vel certarum personarum gratia, si simpliciter, in quem-  
vis hæredem transit, si certæ familiae vel certarum personarum  
gratia, familiam vel personas non egreditur. Quid si con-  
cessa sit pro Emphyteuta & filiis, an appellatione filiorum  
nepotes comprehenduntur. Aff. l. justa 201. l. liberor.  
220. §. ult. ff. de V. S. etiam fœminæ d. l. justa 201.

A 2

l. 84.

111V

l. 84. l. 116. ff. eod. l. 16. prine. ff. de testaria t. ut l. qui duos 62.  
D. de leg. 3.

I V.

Transit in Emphyteutam plenissimum utendi fruendi jus  
omnesque reditus & accessiones ad eum pertinent arg. l. 9. pr.  
& s. sed si lapidicinas l. 13. s. inde quasitum ff. de Vusufr. & si in-  
sula juxta fundum Emphyteuticum nata sit etiam hac Emphy-  
teuta frui potest arg. l. 1. vers. si quidem tanta C. b. t.

V.

Pro fructu canonem annum praestare Emphyteuta do-  
mino debet s. adeo Inst. de loc. & cond. l. 1. C. b. t. & quoni-  
am Emphyteusis acta est ab Insitione debet fundum arando,  
stercorando, poliendo, inferendo meliorem facere, hinc jam  
queritur, an faciem loci mutare possit, veluti ex sylva facere  
novalia ex agro palcuo vineam. Et verius est posse arg. l. 13.  
s. D. de usufr.

VI.

Et cum secundum naturam sit quem sequuntur commoda  
eum etiam sustinere incommoda l. 10. de R. I. l. un. s. 4. C.  
de cad. toll. agnoscet Emphyteuta etiam onera quædam ut pu-  
ta stipendum tributum solaria decimas & similia stata &  
annua, imo etiam quæ temporis causa indicuntur. arg. l. 7. s. 2.  
& 3. l. 52. ff. de Vusufr. l. 27. s. si quid cloacaru, l. quaro D. de  
usu & usufr. leg.

VII.

Damnum omne particolare ad Emphyteutam pertinet,  
si vero universam rei substantiam tollat, ad dominum l. 1. C.  
b. t. Fach. l. 1. controv. 89.

VIII.

### VIII.

Hinc liquet ob sterilitatem non posse Emphyteutam impetrare remissionem mercedis *Tuld. ad h. t. Fach. 1. controv. 89. Peref. ad Cod. h. t. nu. 12.* quamvis possit Colonus *l. 25. s. 6. ff. & l. 8. C. de loc. cond.* Imo etiamsi magnum canonem domino solvat, si tamen ager Emphyteuticarius ab hoste fuerit occupatus, licet postea recuperetur, tamen mediis temporis canonem domino solvere non tenetur, nisi etiam mediis temporis fructus receperit, *Fach. l. 1. controv. 90. Grot. 3. mand. 18. s. op. Erfrachts plicht. & Gail. 2. observ. 23. num. 23.*

### IX.

Finitur Emphyteusis decurso tempore ad quod usque contracta est, hinc jam queritur, an sicuti locatio, conductio finito tempore, ad quod ulque contracta est renovata intelligitur, tacente utroque *l. item queritur 13. s. qui impleto ff. loc. cond.* sic etiam Emphyteusis renovata intelligatur? quod non puto verum. *Fachin. 1. controv. 84. Bachov. in Treutl. vol. 3. disp. 29. thef. 10.*

### X.

Finitur etiam extinta generatione, pro qua est concessa, quod adeo verum est, ut non teneatur dominus Emphyteusin ad se revolutam proximiori agnato concedere, sed cui velit, verum etiam sibi retinere potest, *arg. l. 14. C. de contrah. Empt. l. 21. C. mandat. Fach. 1. controv. 100. Gail. 1st. 2. observ. 148. nu. 3.*

### XI.

Finitur preterea Emphyteusis, si jus suum amittat Emphyteuta, quod accidit, veluti si toto triennio canonem non

solverit, aut biennio si Emphyteusis Ecclesiastica sit l. 2. C. h. t. Nov. 7. c. 3. Nov. 120. & 8. & quidem ipso jure d. l. 2. l. ult. verb. final. C. h. t. nec expectata sententia Iudicis si apparet & in confessio sit esse Emphyteusin commissam. *Fach.* I. *controv.* 93. *Gail.* 2. *observ.* 51. *nu.* 7. propria tamen autoritate non puto dominum expellere Emphyteutam posse, sed debebit id facere juris remediis l. 3. C. de pignor. l. 13. D. quod merita causa, l. ult. D. ad l. *Iuliam.* de vi privat. l. si quis intantam C. unde vi.

## XII.

Sed quid si pensionis partem toto triennio tantum solverit, non autem totam? non evitabit commissum arg. l. 85. l. pen. D. de V. O. Quid autem si unus ex pluribus hereditibus pro sua parte canonem non solvit? non committi totam ex quius est l. fraudati 8. s. 1. D. de publ. & vettigal. l. de pupillo 5. s. si plur. D. de oper. nov. nunc l. ult. D. de SCto Sylan.

## XIII.

Quid autem si de solutione non fuerit Emphyteuta interpellatus? Nihilominus cadet jure suo d. l. 2. C. h. t. Neque post triennium oblatione moram purgare poterit arg. l. 2. C. de Fund. patrimonial.

## XIV.

Si Emphyteuta cessaverit in solutione & dominus differat voluntatis sua declarationem, fructus interim perceptos Emphyteutæ adjudicamus arg. l. 2. C. h. t. l. 213. D. de V. S. l. 14. D. de Cond. & Demonstr.

## XV.

Si dominus pœnam stipulatus sit, si suo die pensionem non

folz

solvat Emphyteuta; an nihilominus expellere eum potest? potest, sed an utrumque potest & poenam petere & Emphyteutam dejicere? non videtur arg. l. 4. §. si in conventione D. de re jud. l. Fundus 9. D. de ann. legat. l. rescript. 10. §. 1. D. de part. l. pacto 15. & l. seq. D. de transact. l. prædia. 28. D. de act. emp.

### XVI.

Amittit etiam Emphyteuta jus suum, inscio domini alienaverit, quacunque ex causa etiam facta fuerit alienatio. l. 3. C. h. t. Quid autem si sine consensu domini oppigneraverit? hoc videtur eum posse, l. tutor. 16. §. ult. D. de pign. act. & l. lex vettigali, D. de pignor. Servitus tamen ei ab Emphyteuta recte inscio domino imponitur. Thom. Maul. tractat. de Emphyte. tit. 7. nn. 15.

### XVII.

Si partem duntaxat alienaverit, an totam Emphyteuta amittit? Quamvis plerique contrarium sentiant, rectius tamen hoc statuere Sande d. cap. 4. nn. 15. Giph. ad l. 2. C. h. t. pag. 363.

### XVIII.

Etiam si fundum deteriorem faciat expelli potest. Nov. 120. c. 8. ubi etsi agatur de Emphiteusi Ecclesiastica non male D. hoc producunt ad alias Emphyteuses arg. l. 3. C. de locat. l. quero 54. §. 1. D. eod. Gail. 2. obs. 67. n. 7.

### XIX.

Quantum ad meliorationes non videtur eas posse repe-  
re,

re, quas ex natura contractus facere tenebatur, arg. l. 55. s. 1. l. 61. D. loc. cond. nec distinguimus, quantum ad hoc utrum Emphyteusis sine culpa, an culpa Emphyteutę sit finita.

**F I N I S.**

三三

卷之三

三